



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 56. Avenionensis urbis alienatio Pontifici a Concilio interdicta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

**Sæcul. XV.****A.C. 1437.****Sessio vigesima septima Basileenorum.****Labbe Conc. tom. 12. p. 585.** Ergo Basileenses Pontificis auctoritatē**Vid. t. CVI. c. XVIII & CVII. § V.** iniquius ferentes, eandemque rep-mere meditantes, Feria quinta, quæ en-  
vigesima septima Septembris, sessione  
vigesimalm celebrant, cujus primo de-  
creto Vitelli, seu Vitellesci promotionem, &  
ceteras omnes per Eugenium factas, a  
forte contra sessionis quartæ & vigesimali  
tertiæ decreta attentandas irritas deci-  
rant, eoquod in primo decreto Synodus  
Pontifici absque consensu Concilii Ca-  
dinales creare prohibuisset; in altero ve-  
ro numerum Cardinalium ad solos vigi-  
quatuor extendendum decrevisset. Allud  
ad huc condidere decretum, quo condem-  
narunt Literas, in quibus Archiepiscopus  
Tarentinus a Concilio Basileensis Patria-  
urbes Florentiam, vel Utinum in Foro in-  
pro concludenda Græcorum cum Latini  
unione nominatas supposuerat; hinc Ba-  
sileensis Synodus declarabat, falsas esse  
ejusmodi Bullas, nec eis ullam fidem ad-  
hibendam, nec ipsis esse utendum si  
poena anathematis *ipso facto* incurrendi.**§. LVI.****Avenionensis urbis alienatio Pontificis  
Concilio interdicta.****Quoniam rumores Basileæ increbu-**

rant, quod Eugenius sub obtentu Græcis opem ferendi, Avenionem vendere A.C. 1437. meditaretur (\*) Synodus, ut antiquorum Canonum, Patrumque traditionem, qua omnis bonorum Ecclesiasticorum alienatio prohibetur, sequeretur, tertio etiam decreto interdixit, *ne quicquam terrarum, & possessionum, quæ Romance Ecclesice in su- ffectionem summi Pontificis, & ministrorum suorum dedicatae sunt, alienetur: mi-*

*Labbe Conc.  
tom. 12. p.*

588.

*nus vero illa præsertim loca, in quibus necessitatis tempore libere valeat Romanus Pontifex cum sua curia commorari, inter quæ non infima est Avenionensis civitas, ubi nullus secularis potestatis metus exterret. Hujus ergo urbis venditionem Basileenses quam severissime prohibebant, ipsamque civitatem in suam protectionem suscipiebant, cum hæc se semper Ecclesiæ addictissimam, juxta ac fidelissimam in unione Græcorum exhibuisset. Ad hunc annum Spondanus resert epistolam, qua Basileenses Sigismundo Imperatori significabant, se Eugenio Papæ, quod Græco-*

rum

(\*) *Hanc calumniam Basileenses Eugenio ex vana suspicione, ac repugnandi libidine affinge- bant, idque Pontificem ideo fallurum credebant, ne Antipapa, quem Eugenio opponere meditaban- ur, illam urbem occupare posset. Ita Odoricus Raynaldus ad hunc quinque num. 17.*

Sæcul. XV. rum adventum interturbaret, diem dixi  
A. C. 1437. se, eumque in judicium vocasse, ac pro-

in a se Sacram Cæsaream Majestatem ex-

Spond. n. 6. orari, ut sua auctoritate Synodum tuen-

tur. Imperator vero, ut narrat idem So-

ptor, hac super re datis ad Synodum li-

teris, quæ absoluta Sessione afferebantur

respondit, quod moleste admodum equi-

modi dissensiones percipiat, ideoque Be-

sileense hortetur, ut sedulo caverent, ne

dum Græcos ad unionem vocarent, ma-

jori scissione Latinos dividerent; Abrum-

pant igitur judicii acta adversus Eugen-

nium, ac potius illorum Regum, & Prin-

cipum, quorum opem implorassent, con-

silia omnino sequantur; alioquin se cum

ceteris Principibus Eugenio nunquam de-

futurum scirent. Hæc epistola in actis

Concilii desideratur, quibus tamen cum

ceteris pluribus in favorem Eugenii Papæ

scriptis inseri debuisset (\*).

§. LVII.

(\*) Haud ignorare debuisset Continuator mo-  
ster, Spondanum hanc epistolam non ex proprio  
suo cerebro, sed ex actis Synodi Patricianis re-  
tulisse; ipsum quoque Eugenium de Sigismun-  
di Cæsaris indignatione in sua Bulla mentionem  
fecisse. Vide supra §. LIII.

§. LVII.

Sæcul. XV.

A. C. 1437.

*Sessio XXVIII. Basileensis Synodi.*

Basileenses his minime territi ea, qua *Labbe Conc.*  
 cæperant via, pergentes judicii actato. 12. p. 590.  
 prosequabantur, atque cum elapso sexa-  
 ginta dierum termino nec Pontifex, nec  
 ejus nomine alias compareret, prima  
 Octobris, quæ erat feria tertia, Sessio-  
 nem vigesimam octavam ea, qua poten-  
 rant, solemnitate celebrabant, Episcopo  
 Vicensi Missam de Spiritu sancto cantan-  
 te, ac Præsidis munus obeunte. Inter-  
 erant quoque non pauci Præfules, mitris  
 ac Pontificio habitu insignes. Cum ergo  
 Eugenius nec ipse met ad Synodum veni-  
 set, nec nomine suo Procuratorem, licet  
 impense rogatus, misisset, Promotores  
 Synodi petierunt, ut Eugenius contu-  
 max declaretur, hinc illico in eum lata est  
 sententia his verbis concepta.

§. LVIII.

*Eugenius Papa a Basileensibus contu-*  
*max declaratus.*

*Sancta Synodus Basileensis in Spiritu sancto*  
*legitime congregata, universalem Eccle-*  
*siam repreſentans decernit, declarat, & re-*  
*putat dictum Dominum Eugenium legitime*  
*citatum, ſufficienterque exspectatum, fuſſe &*  
*eſſe contumacem, & ejus absentia non obſtan-*

te